Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0004-7

1683.

1a.b.c Bechmann, Joh. Volk.: De opificibus et literatis clancularicis 3 Exempl. 1683, 1728 u. 1744

2a.b Bechmann, Joh. Volk.: De coronae opibus. 2 Exempl. 1683 u. 1744.

3. Bechman, Joh. Volk.: De quarantena...

4. Bechmann, Joh. Volk.: De jure retractus.

5 Frisen, Joh. Bernh.: De cive.

6 Friesen, Joh. Bernh.: De lege imperfecta.

7. Kransz, Rudolfus Wilhelmus: De asthmate

8. Lynckerus, Nicolaus Christophorus: De reliquiis

9a.b Mullerus, Petrus: De instrumentis privatis eorumque probatione. 2 Exempl. 1719 u. 1742.

10. Rothius, Henricus Balthas.: De hominis mortui sepultura prohibita..

11a.b Roth, Henricus Balthas: De sumtibus convivii nuptialis. 2 Exempl. 1683 u. 1746.

12. Sagittarius, Caspar: Historia Norberti archiepiscopi Magdeburgensis Praemonstratensis Ordinis Conditoris.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0005-2

1683.

13. Schilterus, [illegible]: Matrimonium.

14. Stevogtius, Philippus: De debitis feudalibus. ..

15. Stevogtius, Philippus: De testamento parentum inter liberos.

16. Stevogtius, Philippus: De pignoribus.

17 a, b, c, d Struve, Georgius Adamus: De admodiatione
4 Exempl. 1683, 1692, 1716, 1736.

18 Struvius, Georgius Adamus: De ensiferis.

19 Wedekind, Johannes Ernestus: De jure ludendi.

20. Wedelius, Georgius Wolffgangus, Decanus Facultatis medicae: ad disputationem inaug. Mauritii Häselohs invitat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0007-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0008-9

DISQVISITIO LEGALIS ACADEMICA,

DE

# ADMODIATIONE,

835.
24
1683, 17d

GERMANICE:

## Von Verpachten/

QVAM

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA

SVB MODERAMINE

**DN. GEORG. ADAMI Struven,**

ICTI CONSVMMATISSIMI,

SERENISSIMORVM DVCVM SAXO-VINARIENSIVM CONSILIARII INTIMI, PRAESIDIS ITIDEM REGIMINIS AC CONSISTORII SAXO-IENENSIS SPLENDIDISSIMI, CVRIAE PROVINCIALIS ASSESSORIS, SCABINATVS ATQVE FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII GRAVISSIMI,

*DN. PATRONI AC PROMOTORIS SVI DEVOTISSIMO HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVENDI,*

IN CELEBERRIMA AD SALAM ACADEMIA

D. XII. MAII, ANNI CIↃ IↃC LXXXIII.

PVBLICE VENTILANDAM SISTIT

**FRID. IACOBVS LAVTITZ,**

AUCTOR, GVELPHERBYT.

---

*IENAE,*

REC. IN OFFICINA I. B. HELLERI, 1736.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0009-8

936.

Q. D. B. V.

# PRÆFAMEN AD B. L.

SElecturus aliquod Juridicinæ argumentum, quo elaborato legitimum ſtudiorum meorum, & in hoc Athenæo Salano, ſicut aliis feci in Academiis, adderem documeutum, oculos hactenus per immenſam Themidis ſegetem pluries volvendo, luſtravi demum animo atque excerpſi præclaram ADMODIATIONUM MATERIAM, in orbe Teutonico ſic ſatis frequentem, & ſingulari utilitate Principum quoque Perſonis eximie commendatam. Ut rectius autem mentis cogitata in ipſo ſtatim frontiſpicio Diſſertationis hujus enunciem, declarandum mihi venit, (quod laudata Admodiationis voce haud indigitatam velim Officiorum illam Admodiationem, qua pecunia quis explicata definitam aliquam ſibi comparat ſpartam, da man ein Ambt oder Dienſt mit Gelde an ſich erkaufft; id quod Admodiationum genus adeo non eſſe emolumento reipublicæ, ut eidem potius inenarrabili cedat detrimento, rationibus juxtim Politicis atque exemplis variis demonſtrat *Petr. Gregor. L. 4. de Republ. cap. 5. num. 27.* Quo cum confer *Carpzov. ad L. R. German. cap. 10. ſect. 2. per tot.*

*ibique laudat.* Unde leges etiam Imperatores poſuerunt ſaluberrimas, quarum ſanctione cautum reperimus, ut viri probatæ fidei ſine ambitione vel pretio ad provincias regendas promoveantur, utque Candidati honorum jurejurando præcaveant, ſe pro adminiſtrationibus ſortiendis neque dediſſe quippiam, neque daturos unquam poſtmodum fore, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam in fraudem legis ſacramentique: aut venditionis donationisve titulo, aut alio velamento cujuſcunque contractus, ita, ut ſi quis auſus fuerit præbita ſacramenta negligere, non modo adverſus accipientem, ſed etiam adverſus dantem, accuſandi cunctis tanquam crimen publicum conceſſa ſit facultas, & quadrupli pœna in convictos ſtatuta, ceu fere habet *l. ult. C. ad L. Jul. repetund. cui add. Nov. 8. pr. cum* §. *1.* Nihilo tamen ſecius odioſa iſthæc vendendi publica officia ratio moribus invaluit Gallorum, teſtante Viro Illuſtri, Jacobo Auguſto Thuano, rerum Gallicarum ſcriptore fidei plane intemeratæ L.132. atque eadem in Regno Gallico hactenus viridi floruit obſervantia memorante *Limn. Notit. Reg. Franc. L. 21. cap. 9. Georg. Horn. in Orb. Polit. p. 1. T. de Regn. Galliæ cap. 6.* Quid noſtris & aliis in Regionibus hoc circa punctum in uſu ſit, quotidiana loquitur experientia, quam juvare poſſunt ea, quæ tradit *Chockier L. 5. cap. 4. p. 377. theſ. Polit. jung. Damboud. Pr. Crim. c. 133. p.m. 205.* Sed è diverticulo ut revertar in viam, præmonendum hic eſt, quod noſtra Admodiationis ſpecies cum prædicta nil quicquam habeat commercii, totoque, quod ajunt, cœlo ab illa ſit diſcriminata. Hæc quippe, in qua præſens occupata potiſſimum erit Exercitatio, inculpatus eſt contrahendi modus, nec per ſe quicquam importat iniquitatis, atque celebratur,

quando

quando reditus provinciæ alicujus æſtimantur & conductori percipiendi conceduntur certa quadam mercede cônſtituta. Unde apparet, quod à Magnif. Dn. PRÆSIDE in Jprud. Rom. German. locationis conductionis contractui jure meritoque ſit annumerata. Qua de re, nec non aliis locat. conduct. affinibus de ſpeciebus, Emphyteuſi ſcilicet, contractu item libellatico atque cenſitico, inferius, ſi temporis & inſtituti ratio ferant, plura. Hic nihil mihi reliquum eſt amplius, niſi ut Te, B. L. amice compellem, velis hæc noſtra omnia, quæ Tua eſt dexteritas, meliorem in partem interpretari, memorque vivere, quod in nullo penitus peccare Divinitatis ſit potius, quam humanitatis, juxta §. *14. pr. Conſtit. de Confir. Digeſt. ad Senat. & omn. popul.* Supremum interea Numen jactam ſecundet aleam, Clemensque ex alto juvet conatus hos noſtros, ut principium juxta cum medio ac fine ſit decens ipſique amabiliſſimum, atque univerſus hic labor noſter vergat in Omnipotentis gloriam Patriæque & aliorum aliquod certe emolumentum. Eſto nunc igitur ad exemplum Imperatoris noſtri Pii, Felicis, Inclyti, ſemper Auguſti:

*I. N. D. N. J. C.*

## Thesis I.

Materiam quandam Juris tractantes cum ſemper præmittere ſoleant Etymologiam & originem vocis imitantes non ſolum Philoſophos: *ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις*, h. e. *principium eruditionis eſt nominum tractatio. Epict.* Sed & JCtos, inter quos celebris ille *Wiſſenbach. in Comment. ad Tit. ff. de V. S. Diſp. 1. pr.* hæc de Onomatologia profert: *ad recte docendum, oportet*

*portet primo expendere nomina*, cum rem definire nequeamus, niſi ſignificatione verbi diſtincta, ut habet *Donell. L. 1. Comment. jur. Civ. c. 3.* Idem depromi poteſt ex Jure noſtro, ſit inter alia nobis jam exemplo *l. 1. pr. ff. de J. & J.* ubi Ulpianus JCtus ita incipit: *Juri operam daturus noſſe prius oportet, unde nomen Juris deſcendat.* Inde etiam & nos hujus præcepti haud immemores à nominis notatione ſive Etymologia Admodiationis facimus initium.

Th. II. Admodiatio ſive Ammodiatio deducitur ex Gallico Admodier, locare, verpachten/ quod vix ac ne vix quidem apud veteres & cultioris latinitatis ſcriptores reperimus. Novis enim negotiis exiſtentibus nova non raro vocabula excogitantur, quod & à Majoribus jam dudum factum videmus (qui non ſemper propria, ſed & alia noviter inventa vocabula ad genuinum alicujus rei ſenſum exprimendum & propoſitum deſignandum, adhibuerunt, teſtante *Cicer. L. 3. de Orat. n. 155. ſeqq. add. Voſſ. in Comment. Rethor. L. 4. c. 1.*) & JCtis hanc poteſtatem & facultatem, nova quotidie excogitandi vocabula, haud eſſe occluſam, nemo ſanus negabit. Hinc Admodiatio per totam fere Germaniam & Galliam (ut ſilentio prætercam alias regiones) quoad praxin in viridi adhuc eſt obſervantia, ita ut non ſolum hodie ad reditus alicujus Provinciæ, ſed etiam ad innumerabiles alios proventus, imo nonnullis in locis ad officia & mulctas ſit reſtricta, quod in proœmio docuimus. Hunc tamen poſteriorem Admodiationis modum, ubi officia & mulctæ pro certa pecunia locantur, maxime damnat & peſſimum reipublicæ genus vocat *Keller. de offic. Jdict. Politic. L. 2. c. 20. p. 527.* quo officiarii aliquibus aureis officia & Jurisdictionis poteſtatem à Principe redimunt; da ein Amtmann die



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0014-2

838

Brüche, Frevel und Geld-Buſſen um eine gewiſſe Summe Geldes von der Obrigkeit pachtet. *Naurabt de Rationar.* von berechneten Dienern *p. m. 11. noviſſ. Edit.* Unde infinitæ revendendi carius Juſtitiam ſubditis occaſiones architectantur, ut etiam audeant impudenter in ſubditos graſſari, clamque palamque ſupra ſportulas debitas petere, quod jam Principi pro mercatura officiorum ſe præbuiſſe dicunt. A Gallis hæc Admodiationis ſpecies vocatur La Paullette, vel Le droiet annüel. Eſt certa pecuniæ ſumma, quam quilibet Præfectus, qui officium ſuum emit, ſingulis annis ſolvere debet, ne poſt ejus obitum officium ad Regem, ſed ad hæredes tranſeat. *Mecur. Gall. tom. X. de ann. 1624. p. 687. ſeq. de la venalité des offices & du droiet annuel. & Aut. Anonym.* Von Jährlichen Einkommen Franckreichs. Ratio hujus injuſtitiæ eſt 1. Quod in genere omnis Magiſtratuum & officiorum nundinatio ſit prohibita *per l. fin. C. ad L. Jul. Repetund. Nov. 8. pr. & §. 7. Latheran. de Cenſu lib. 3. c. 16. n. 35.* 2. Quia ex hujusmodi locatione & mercatura maxima reipublicæ inferuntur damna; *Vix enim ille, ut ait citat. Autor Anonym.* Von Jährlichen Einkommen Franckreichs / *qui munus munere emit ſine munere munere fungitur. Sed corruptæ Reipublicæ carcinoma eſt mercatio juſtitiæ. Ubi licitatio pervicax virtutes egentium à Magiſtratu excludit, ubi pretium munerum furtivorum, patrimonii ruinam reparet, neceſſe eſt.* Et conductores illi, qui promiſſæ pecuniæ ſummam domino exſolvere debent, ipſi inſuper pro labore aliquid retinent, & (quæ eſt unica Admodiationis hujus cauſa & finis) diteſcunt, quodvis delictum commiſſum, ex quo mulctæ indicendæ cauſam habere videntur, affingunt, multos reorum vendentes eis delictum, dimittunt, multos autem

tem innoxios condemnant, ut noxiis præſtent, unde ſeditiones civitatum & publicæ turbæ. Nonnulli horum Admodiatorum adſectui & avaritiæ deſervientes in mulctis indicendis & exigendis remoto omnis pudoris velamento lætantur & impie effutiant hoc modo: Es haben dieſes Jahr über/ die Brüche oder Geld-Buſſen/ Gott ſey Lob und Danck/ ein Ehrliches getragen, quaſi DEus gaudeat & applaudat litigioſis ejusmodi malitiis & malitioſis litibus, quarum caput eſt Diabolus. *Vid. Ventur. de Valentiis (alias Georg. Valent.* Winther) *Partb. litig. Lib. 1. c. 14. n. 2. Latheran. d. l. c. 25. n. 77.*

TH. III. Sumitur Admodiatio vel proprie vel improprie. Improprie quando omnis generis reditus, Jurisdictionis, monetarum, vectigalium, Acciſarum &c. qui non ſpectant ad Provinciam, alicui pro certo pretio locantur: Wann die Zölle/ Müntzen/ Acciſen/ verpachtet werden/ quæ locationes in terris noſtris ſunt frequentiſſimæ. Spectant huc quoque Locationes improprie dictæ, & affines nonnullæ materiæ: Sic Locatio habetur 1. Pro quavis rei conceſſione ad uſum, etiam qua utendo conſumitur, ita ut in mutuo ſit locatio *l. 33. pr. ff. de uſur. Nov. 160. pr. &c. Hahn. ad Weſenb. Tit. de Locat. n. 3.* 2. Comprehendit hac ratione contractum libellarium & cenſiticum *leg. 5. Cod. de agric. & cenſ. Lib. XI. Magnif. Dn. Rhetius in comment. Jur. Feudal. p. 247. 384. & 386.* 3. Emphyteuſin *arg. §. 3. I. de Locat. Carocc. de Locat. conduct. p. 1. Q. 12. n. 21. ſeqq.* 4. Bona locata Laß-Güter *Berlich. p. 2. Concl. 47. ſeq. Carpz. p. 2. C. 40. D. 1.* Referri huc poſſunt Bona Curmedica, Curmede/ quando Dominus pro inveſtitura de bonis quaſi feudalibus & Emphyteuticis ex rebus animatis optimam vel ſecundam nächſt dem Beſten

ſten exigit, lebendige Curmede, aut ex veſtimentis vel aliis inanimatis, & ſimpliciter Curmede appellatur. *Vid. Beſold. theſaur. pract. voc.* Curmede / *ibique alleg. Meiſchn. tom. 1. Deciſ. 20. & alii.* 5. Contractum Affictus, qui eſt ſpecies locationis, diſtinctam naturam habens tam à locatione, quam Emphyteuſi, quando nimirum pro parte fructuum exigua alicujus rei uſusfructus impenſis & periculo conducentis per averſionem ita alicui conceditur, vt utrique poſſeſſio & Jus percipiendi debitam fructuum partem ſibi ex contractu competat. *vid. Chriſt. Frid. Jani J. U. D. tractatio Jurid. de Affictu, quæ prodiit Dresdæ 1678.* His addunt 6. Contractum, quo oves & vaccæ ferreæ locantur à b Italis Socida vocatus, vulgo Eiſern Vieh / Kühe / Schaffe etc. quaſi immortales cum locatoribus nunquam intereant. Quod Locationis genus apud Saxones & alios hodie eſt uſitatiſſimum & uſu ac conſvetudine adprobatum. *Vid. Carpz. p. 2. C. 37. D. 14. Rauchbar. p. 2. q. 29. n. 13. ſeqq. & in ſpecie Tabor. de Jure Socidæ.* Eodem etiam 7. ſpectat, quando Locare idem eſt ac aliquid loco ponere, v. gr. caſtra locare, utendum vel faciendum aliquid dare, Locare opus das Werck vermiethen. *Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 29. th. 1. lit. b.* locare operam behülfflich ſeyn / locare equum, locare pecuniam ad pompam, *Mozzius de locat. n. 12.* & ſimil.

TH. IV. Habet hæc noſtra Admodiationis vox, ſi Synonymiam reſpexeris, non in elegantia vocabula, quibus genuinus illius contractus ſenſus exprimitur. Sic locare domum, fundum, hortum, decimas, Hauß / Garten / Zehenden verpachten / verarrentiren / verheuren / concedere alicui aliquid, verleihen / vermiethen / austhun. Admodiateur & cenſier idem eſt, ac


qui

qui ad certum modum mercede conducit vectigal, tributum, nec non reditus publicos & Latin. vocatur Admodiator, *vid. Dn. Feltmann. Comment. ad Dig. l. 1. §. 1. de Offic. Quæſt.* qui refert ante viginti annos in Cliviam adeo fuiſſe invectum, ut & Conſiliarii Principis iſti rei nomen dederint, ſed paulo poſt iterum abrogatum. Conductor qui provinciam conduxit, der ein Ambt gepachtet/ hodie Præfectus appellatur. Hinc *Nathan. Dhuez. in Janua aurea Tit. 32. art. 386.* ita Admodiatorem deſcribit: *à qui conque on loue amodie, ou baille à fermes & arentes des terres & cenſes c'eſt Admodiateur & cenſier.* Provincia autem idem hic eſt ac certa territorii alicujus Principis pars, Præfectura alias dicta, ein Ambt-Pflege/ Vogtey/ ꝛc. de qua infra ad th. 24. Conferatur interim *Gylmann. rer. judic. L. 2. Deciſ. 35. num. 11. Beſold. Speidel. Webner. Theſaur. Pract. voc.* Amodiren/ Ambtmann. Non autem negari, poteſt Principem poſſe totius territorii reditus admodiare, ſi quidem ex Novellis Francof. conſtat, quæ verba, cum non in omnium ſint manibus, huc apponere placet: Der XIII. Wochen 1. Stück/ Brüſſel d. 25. Mart. 1683. Nach dem die/ ſo in die Admodiation der General-Verpachtung in Beſtand genommen/ demjenigen/ welches ſie verſprochen/ und ſich obligiret haben/ kein Vergnügen leiſten können/ als weiß man nicht/ wie es mit der Sache ablauffen werde. Unterdeſſen beklagen ſich die Herrn General Staaten der ſieben Vereinigten Provincien ſehr über ſolche Admodiation, und haben an den Herrn Marqvis de Grana geſchrieben/ daß ſelbige eine Ubertretung des Friedens und Commercien Tractaten were/ welche ſie mit Spanien gemachet. Et, der XV. Wochen 3. Stück. Eodem loco d. 12. April.

Die

Die General-Verpachter haben vor einigen Tagen ſchon 216000. Gülden voraus an Sr. Excell. bezahlet.

Th. V. Proprie Admodiare hic eſt, ut ſæpius diximus, uſum & fructum alicujus Provinciæ pro certa mercede ſive pretio pecuniario concedere *l. 14. l. 22. §. 1. ff. Locat.* Hac ratione plane differunt mutuum & locatio noſtra *l. 2. ff. de Locat. Habn. ad Weſenb. Eod. num. 3.* Notandum hic venit, quod apud Latinos & veteres JCtos fere idem ſit nonnunquam locare ac hodie Admodiare, cum Admodiatio à vero locationis contractu objecto tantum & re locata differat, & in hac Diſſertatione pro Synonymis admodiare & locare, Admodiatorem & conductorem habere volumus, ne eædem voces ad nauſeam usque repetere neceſſum ſit. Notanter dixi *certo pretio pecuniario.* Quando enim loco mercedis pecunia non eſt conſtituta, ſed in fundi locatione certa pars frumenti **ein Gewiſſes an Korn / Gerſte / Weitzen /** (qui coloni conductitii vocantur) vel medietas fructuum **ümb die Helffte / ümbs Drittel** (qui coloni partiarii dicuntur) tunc non eſt locatio proprie ſic dicta, ſed potius contractus innominatus. Locatio enim ad ſubſtantiam præciſe requirit certam pecuniæ ſummam, prout communis fere eſt Dd. ſchola vid. *l. 23. ff. commun. divid. & Strauch. D. 15. ad ff. th. 18. fin. Quirin. Schacher. in Colleg. Pract. de Locat. p. 188.* Nonnulli alias objiciunt hic *l. ſi olei 21. C. Locat. Maul. tract. de Locat. Tit. 3. num. 6.* ubi plures citantur Dd. quaſi ſcilicet pretium conſiſtere quoque poſſet in alia re, nec ſemper opus ſit pecunia numerata. Inde motus *Brunnem. ad pr. Inſt. Locat. Ex. 20. cum Hilligero ad Donell. lib. 13. cap. 6. lit. 1.* diſtingvere inter locationem operarum & rerum, ita ut & in hac aliæ etiam res loco mercedis venire poſſint; In

illa vero operarum locatione ſcilicet, ſola pecunia numerata deſideretur, ne alias confuſio oriatur inter contractum locationis & contractum innominatum do ut facias *l.5.§.2.ff. de præſcript. verb.* Alii diſtinguunt inter locationem fruendi & faciendi, ita ut in fruendi locatione non ſolum pecunia numerata, ſed etiam alia quævis res fungibilis mercedis loco intervenire poſſit: In faciendi vero locatione pecunia numerata præciſe requiratur. Vid. *Lopez 1. animadv. Jur. Civil. cap. 15. num. 4. Rimer Quæſt. Jurid. Decad. 11. quæſt. 4. Treutl. vol. 1. D. 29. th. 3. lit. g. ibique Bachov. in not.* Alii inter locationem propriam ſeu veram, & illam quæ fit pro parte fructuum *arg. l. 25. §. 6. ff. Locat.* Ita ut in illa pecunia ſit neceſſaria, in hac vero non. *Hunn. V. R. l. 3. tr. 7. p. 2. verſ. mihi videtur.* Denique nonnulli cum *Schnobel. ad ff. Diſp. XI. th. 23.* quæ etiam Excellentiſſimi Dni D. Simonis Præceptoris mei ac Fautoris devenerandi in prælect. privatis ad Schnobel. & noſtra opinio eſt, putant, initium contractus inſpiciendum eſſe, quamvis ex poſt facto loco mercedis venire poſſit alia res, non tamen ut ſpecies, ſed ut quantitas, *Add. Nov. 4. c. 3. Fachin. l. 1. controv. 82.* Ut plurimum vero in Admodiatione noſtra initio contractus certa pecuniæ quantitas deſideratur, cui tamen non raro poſtmodum accedit, ut certa frumenti portio vel alia ad vitæ conſervationem neceſſaria æſtimato pecuniæ loco ſolvantur, daß ein gewiſſes Theil Korn/ Haffer/ Weitzen/ etc. nach dem Marck-Kauff/ oder Vieh/ Schweine/ Gänſe/ Hüner/ nach der Wardirung angenommen/ und vom Pacht-Gelde abgekürtzet werde.

TH. VI. Progredimur ad genuinam ſignificationem & propriiſſimam Admodiationis deſcriptionem: cum

 341.

cum omnis definitio in jure periculoſa ſit, parumque, ut non ſubverti poſſit *l. 202. ff. de R. J.* *Admodiatio autem nihil aliud eſt, quam contractus, quo nimirum reditus alicujus provinciæ æſtimantur & conductori percipiendi conceduntur, certo pretio ſeu mercede conſtituta.* Vid. *Magnif. Dn. Struv. in Iprud. Rom. Germ. Forenſ. L. 3. T. 12. §. 6.* Vel brevius: Admodiatio eſt conceſſio redituum alicujus provinciæ pro certo annuo pretio. Wann ein Herr einem Amt-Mann das Einkommen eines Diſtricts oder Amts um eine gewiſſe Summa Geldes admodiret verpachtet oder verarrentiret. Hæc locatio inculpati generis contractus eſt, nec quicquam malitiæ quatenus in ſe conſideratur, continet, uti officiorum redemtio. Verum an ſemper è re Principis ſit, Præfecturatum reditus alteri prævio Admodiationis contractu concedere, aliis decidendum relinquo. *Conf. Beſold. Theſaur. Pract. cum not. Ditheri vocab. Amodiren Petr. Gregor. L. 4. c. 5. n. 27. & L. 9. c. 1. de Republ.*

TH. VII. Deſcribitur primo Admodiatio quod *ſit contractus* conſenſualis ſcilicet *arg. pr. Inſt. de Oblig. ex conſ. l. 1. l. 14. ff. locat.* ad eundem modum quo Locatio conductio, quæ conſenſu ſolo quocunque modo declarato contrahitur *l. 14. ff. locat. l. 24. C. Eod.* Cum abſque conſenſu nullus contractus ratus ſit per *l. 2. pr. & §. 1. ff. de Obl. & act. Schrad. de Contract. T. locat. num. 20.* Enim vero ſupra in præfam. & th. 5. monuimus, Admodiationem noſtram cum locatione conductione maximam habere affinitatem, & talem, ut ab ea objecto ſive re locanda tantum differat. Et quæ in locatione conductione eſſentiam contractus conſtituunt, veluti Conſenſus, Merces & Uſus rei, illa non minus eſſentialia in hoc Admodiationis contractu ſunt; ita ut horum uno deficiente, deficiat

contractus ut locationis, ita & admodiationis *l. 1. 2. ff. locat.* & remota ſubſtantia removetur actus *Surd. Conſ. 40. num. 9. ſeq.* Quæ naturalia locationis conductionis ſunt, videri poſſunt apud *Schrad. de Contract. Tit. locat. num. 76.* ubi ſex recenſet ſpecies. Quot modis autem in jure ſumatur vocabulum contractus dextre expoſuit *Magnif. Dn. STRUV. Ex. 6. th. 29. jung. Tabor. partit. Element. p. 3. ſect. 4. th. 9.* Poſita itaque affinitate inter contractum Admodiationis & locationis conductionis, Admodiatio noſtra eſt contractus conſenſualis, nominatus *arg. l. 7. ff. de pact.* Jurisgentium §. 2. *Inſt. de J. N. G. & C. l. 5. ff. de J. & J. l. 1. pr. ff. locat. conduct.* bonæ fidei §. *28. I. de Action.*

TH. IIX. Sicuti Locatio & Conductio alia eſt *expreſſa*, ita & Admodiatio; Expreſſa eſt, quæ fit expreſſa partium conventione & conſenſu, alia *tacita*, quæ ex præſumta partium conventione & conſenſu inducitur *arg. l. 14. ff. locat. Schrad. d. l. num. 55.* non tamen ab initio tacito utriusque conſenſu contrahi poſſe docet §. *1. I. de locat. conf. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 29. th. 1. lit. c. verb. vel tacite.* Locatio alia eſt rerum alia operarum ſeu facti: Rerum ſi res veluti fundus, domus, ager &c. utenda conceditur, quæ locatio ad noſtrum thema quodammodo accommodari poteſt: facti ſeu operarum locatio eſt, qua agitur ut aliquis operam ſuam alteri in re vel in perſona ejus præſtet. In re, quando aurifaber v. gr. ex auro annulum conficit *l. 2. in f. ff. locat. l. 65. ff de contrah. emt. Tabor. partit. elem. p. 3. ſect. 4. th. 40.* In perſona, ut ſi aliquis ſe nautæ vel aurigæ locet vehendum *l. 19. §. 7. ff. locat. Harprecht. pr. I. locat. num. 14. & 17.* quæ tamen diſtinctio huc non ſpectat, ſi ſtricte loqui velimus, cum hîc agamus de Locatione rerum, id quod ex definitione ſatis apparet.

842

Th. IX. Ut tamen in noſtra Admodiationis materia nihil antiquitatis, quantum poſſibile, ignoretur, ipſo monente Imperatore *in §. 1. I. de teſtam. Ordin.* inquirendum prius eſt in originalem naturam hujus contractus, cum diximus in th. 7. Admodiationem eſſe contractum J. Gentium. Non incommode itaque ad illud temporis momentum referimus, quo nummus fuerit inventus, fidejuſſor de re in futurum accipienda. Ante nummum enim inventum permutatio in uſu fuit, id quod patet ex *lib. 1. Polit. Ariſt. c. 6. & l. 1. & 2. ff. de contrab. emt.* Multiplicato vero genere humano indigentia concomitans plura cœpit excogitare media, quibus illa ſublevaretur, ita ut id quod meum erat, & tu vel in totum vel ad aliquod tempus ejus uſu indigebas, tuum quoque fieri commode poſſet. Hinc concedimus lubentiſſime materialia hujus contractus Gentibus fuiſſe cognita & uſu exigente paulatim excogitata *arg. §. 2. I. de J. N. G. & C. l. 1. ff. locat. l. 7. §. 1. de pact.* Formalia vero ut & ipſum nomen minime olim extitiſſe ſatis eſt probabile: Prouti etiam hoc de modis acquirendi naturalibus Juris Gentium & Civilibus docet *Hugo Grot. l. 2. cap. 3. §. 5. conf. notata ad h. l. Excellentiſſimi Dn. D. Simonis.* Cum enim locatio & conductio in Eſſentialibus aliisque multis cum contractu Admodiationis conveniat, Locatio autem & Conductio emtioni & venditioni proxima ſit, iisdemque fere juris regulis conſiſtat *pr. I. Locat.* (non tamen omnibus *vid. l. 63. ff. de Ædilit. Edict. Ludw. D. 13. th. 5. lit. a. Giphan. antinom. Jur. Civil. ad Tit. Inſt. Locat.*) emendi autem & vendendi origo à permutatione capiat originem & locatio conduct. prout emtio venditio, merces in nummis conſiſtentes tanquam eſſentiale deſideret *l. 2. ff. de contrab. emt. vendit.* ita

tamen

548

tamen ut æſtimatio totius rei, quæ fit in venditione, pretium dicatur, æſtimatio uſus in re conducta ſit merces, quæ tamen & ipſa ſæpe vocetur pretium. vid. *l. 28. §. 2. l. 51. §. 1. ff. locat. l. ult. §. ult. ff. ad L. Rhod. de jact.* nec emtio ſine pretio, nec locatio ſine mercede eſſe poſſit per *l. 23. ff. commun. divid.* Sequitur hinc quod eodem tempore, quo materiale Emtionis vendit. ſit inventum, Admodiationis quoque adfuiſſe, licet in multis hodie formalia horum contractuum Jus Civile ſapiant & poſitivum. Quo tempore autem ipſum Admodiationis nomen extiterit, ſupervacuum forte erit inquirere, chartamque inani ſermone supplere.

Th. X. Diximus in *th. 6.* Admodiationem eſſe *contractum quo reditus* &c. Agendum hic eſt de rebus & reditibus, quæ in hunc contractum Admodiationis, ſive proprie ſive improprie ſumas, venire & non venire poſſunt, quæque cum locatione conductione coincidant. Sunt autem res vel mobiles vel immobiles, vel corporales vel incorporales *pr. I. de reb. corp. & incorpor. ibique Dd.* Reditus nomen generale eſt, ſicut proventus & comprehendit omnia jura & utilitates, quæ percipi ex re quadam poſſunt *l. 5. §. 9. de reb. eor. qui ſub tutel.* Sic dantur reditus pecuniæ & uſura dicitur *l. 87. §. ult. ff. ad L. Falcid.* in quibus quæ ultra 5. pro 100. ſolvuntur, ſorti imputantur *per l. 35. de pignor. act. l. 5. §. 1. ff. de ſolut. R. I. ult. 1654. §.* Anreichend die künfftige Zinß und *Intereſſe &c. Conf. Hahn. Lex imperii nova de ſorte uſur. & penſion ſolvend.* von Schuld-Sachen *Helmſtadii editum 1655. cap. 3.* Aliud dicendum forte de penſionibus frumentariis ultra debitum modum ſolutis, quæ non ſorti imputantur, ſed reditibus futuris detrahuntur *Carpz. p. 2. C. 24. D. 15.* nec ſunt uſuræ,

uſuræ, ſed merx vendita *Id. L. 5. Reſp. 97. n. 1.* Et hi poſteriores reditus annui inter immobilia referuntur, ſi ad longum tempus debeantur *l. 14. pr. C. de SS. Eccleſ. N. 120. c. 1. Carpz. p. 1. C. 5. D. 16. n. 2.* Sunt & reditus prædiorum ex fructibus quotannis provenientes *l. pen. ff. de uſu & uſufr.* Unde *Ovidius Eleg. 3.*

*At reditus nam quisque ſuos amant, & ſibi quid ſit*
*Utile ſollicitis comparat articulis.*

Cum autem redituum materia fere ſit innumerabilis, ſubjiciam hîc potiſſimas redituum provincialium ſpecies, quæ in noſtrum Admodiationis contractum utplurimum hodie venire ſolent, & quorum Conductores appellantur Admodiatores vid. *Dn. Gerbard. Feltmann Comment. ad Dig. fol. 215. ad l. 1. §. 1. de Offic. Quæſtor.*

TH. XI. Locantur cum Provincia pro arbitrio Domini vel omnes reditus ſimul, vel certi tantum, vel inter illos (1) Agrorum *l. 13. §. 1. ff. Locat.* etiam publicorum ut paſcuorum, vinearum &c. *l. 53. Eod.* (2) Jurisdictio prout hodie ſeſe habet *Carpz. L. 5. R. 15. n. 3.* ubi in ſequentibus probat, quod prædio locato, cui Jurisdictio adhæret, etiam illa ſit locata, niſi expreſſe aliter convenerit. (3) Jus Patronatus prædio locato cohærens, quod de Jure Canonico eſt Jus idoneos rectores in Eccleſiis inſtituendos Epiſcopo (hodie ſuperioritati territoriali) offerendi *Carpz. Conſiſt. L. 1. D. 13. & 14.* De Jure Civili eſt Jus quod Dominus, qui manumiſit ſive Patronus, habet circa perſonam vel bona manumiſſorum ſeu libertorum *Dn. Struv. Ex. 37. th. 58.* niſi expreſſis verbis à Locatore fuerit exemtum, ita ut novus Paſtor à Conductore recte vocetur *per cap. ex lit. x. de Jure Patron. Carpz. p. 2. C. 37. D. 22.* ubi præjudicio hanc opinionem corroborat.



843.

(4) Braxatio Verpachtung der Brau-Gerechtigkeit. *vid.* Tabor. *de jure cereviſ. cap. 2. & ſeq. Aug. Bened. Carpzov. Diſſert. de Jure Braxandi. per tot. Henr.* Knauß von Bierbrauen *& plur.* 5. Reditus ovium, qui varii ſunt, nimirum lana, lac, ſtercoratio &c. de quibus conſ. *Rauchbar. p. 2. Q. 29. n. 25. ſeqq. & Magnif. Dn. Præſid. Diſp. de jure ovium c. 2. ſeq.* (6) Proventus qui vel ex lignis cæſis vel ſaginandis porcis aus der Eichel-Maſt, item ex officinis vitriariis & ſimilibus aus den Glaß- Pech- und Thär-hütten / Potaſche / Kohlbrennen &c. rediguntur. De his omnibus vid. *Illuſtr. Dn.* Sekendorff im Teutſchen Fürſten-Staat *p. 3. c. 3. R. 6. §. 1. p. 422. & 428. Magnif. Dn. Fritſch. in tract. de Jure lignandi* Holtz-Gerechtigkeit *ibique cit. Dd.* (7) Officinæ ferrariæ & ærariæ, v. g. Eiſen- Meßing- und Kupffer-Hammer / Schmeltz- und Draht-Hütten / Stahl-Schmitten / *Maxim. Fauſt. ab Aſchenburg. Claſſ. 4. Ord. 213. Excellentiſſ. Dn. Engelbrecht in Diſſert. de Contributione c. 5. th. 2. ubi cit.* Rovenſtrunck von Anlagen *p. 43. n. 30.* nec non picariæ Pech-Oefen *Mund. c. 6. n. 326. ſeq.*

Th. XII. (8) Aucupium ſive avium minorum captura Lerchen / Zeißlinge / Fincken &c. ut & nobiliorum, Krams-Vogel / Droſſel / Rebhüner &c. Germani noſtri patrio ſermone appellant den Vogelfang / Vogel-Weidwerck / Vogelheerts-Recht / quando permiſſu eorum, quibus jus venandi competit, penſione annua præſtita ſubditis illas capere licet, quæ conceſſio in Saxonia, Thuringia & Ducat. Brunſvic. & Luneburg. frequentiſſima eſt *vid. Magnif. Dn. Eichel. Diſſert. Acad. de Aucupio ejusque Jure cap. 1. & 4.* ubi de hac materia late diſſerit. (9) Piſcationes die Fiſchereyen / quarum locatio

catio hodie uſitatiſſima: Quid alias juris ſit docet *C. Carol. V. art. 160. Dn. Struv. Synt. Feud. c. 6. aph. 7. n. 10. aph. 28. n. 4.* Sunt (10) proventus, qui ex agrorum fertilitate de omni generis frumento, item de lino, cannabe, rapis, piſis, oleribus aliisque ejusmodi fructibus agrariis, vulgo Korn-Zehendten / & ex ovibus, anſeribus, gallinis, Fleiſch-Zehendten &c. annuatim ſolvuntur, *Carpz. Conſiſt. L. 1. D. 132. & ſeq.* non autem de pomis, pyris aliisque arborum fructibus, niſi conſvetudine loci aliud ſit receptum *Carpz. d. l. D. 134.* Uno nomine vocantur Decimæ Zehenden / non ex eo quod ſemper pars decima ſit ſolvenda, ſed interdum pars octava, trigeſima &c. loco Decimæ ex conſvetudine præſtatur *c. in aliquibus verſ. illæ quippe x. de decim. Rebuff. de decim. quæſt. 1. n. 9. ſqq. Carpz. Conſiſt. L. 1. D. 125. per tot.* ubi fuſe hanc materiam deducit tam ex jure Divino quam Canonico additis exemplis Hiſtoricis. *jung. Faber. in Cod. L. 1. T. 3. Def. 21.*

TH. XIII. Spectant (11) ad provinciæ reditus Molendina, quæ varii generis: v. gr. Waſſer-Wind-Schiff- und Roß-Mühlen / Korn-Oelig-Pappier-Blaw-Walck-Bret-Schneid-Loh-Schleiff- und Polier-Mühlen &c. *Hering. tract. de Molend. Carpz. vol. 1. diſpp. H. P. I. diſp. Feud. 4. de reb. quæ in Feud. dari poſſ. poſ. 15.* Referuntur huc Molendina quæ vocantur Bannaria Bann- oder Zwang-Mühlen / furni & torcularia bannaria Backhäuſer / Back-Oeffen / Bann- oder Zwanck-Oefen / Zweng-Keltern &c. ubi ſubditi vicini ad molendinum & furnum venire coguntur, darin die Dorffſchafft bezerglich zu mahlen und zu backen / zu keltern pflichtig. *Ruland. de Commiſſ. & Commiſſ. p. 4. L. 2. c. 11. & 13. Franc.* Pfeil *Conſil. L. 2. conſ. 200. ſeqq. Alciat. L. 5. R. 20. n. 11.* U-

ſus horum redituum per mille fere annos in uſu fuit, cum non parum utilitatis & commodi hodie in Saxonia, Thuringia & aliis locis redundare in Dominos probet *Cæpoll. de ſervit. cap. de furno n. 2. Schneidw. Epit. Feud. part. 2. n. 83. ſeqq.* von Zwang-Mühlen / & in ſpecie *Excell. Dn. Petr. Müller. Prof. Acad. Jen. Digeſt. Publ. in Diſſert. de Molend. bannariis*, von Zwang-Mühlen. Offerunt ſe (12) Operæ ruſticæ Frohn-Dienſten / Herrn-Dienſte / & ſunt, quando officium regulariter diurnum Principi vel etiam aliis dominis in perſonarum vel prædiorum utilitatem à ſubditis præſtantur. Sunt autem varii generis operæ hæ, & cum vel ſine prædiis locantur, in Ducatu Brunſvic. & Luneburg. & multis aliis, ac vicinis locis notiſſimæ, quas omnes huc recenſere nimis prolixum foret. *Vid.* Ganderheimiſcher Landtages Abſcheid *de Anno 1601. §. 29. Fritſch. de Jure pagor. c. 8. th. 6. ſeq.* Fuſius hanc materiam in ſpeciali *Diſſert. de Operis ruſticorum*, Von Herren-Dienſten / tractavit *Excellentiſſ. Dn. D. Engelbrecht. Profeſſ. Pandect. in Acad. Julia Publ. Patronus ac Promotor devote venerandus*, ad quam B. L. remittimus.

TH. XIV. Locatur (13) non raro uti olim ita hodie Regale illud exigendi vectigal, Zoll / Mauth / Wege-Geld / *Frider. Mindan. de mandat. Judic. L. 2. c. 42. n. 15.* & ſunt proprie reditus, qui Principi vel Reipublicæ pro evectione & invectione mercium equo, navi vel ipſis hominibus viam, pontemve tranſeuntibus in reparationem viarum ac pontium certo loco penduntur. *Vid. l. 7. Cod. locat. Dn. Struv. Ex. 39. th. 44.* Conductores horum redituum ut & aliorum tributorum publicorum vocantur Admodiatores *Vid. Dn. Gerh. Feltmann. l. c.* Imponere illud poteſt Majeſtas per *l. 2. 3. 4. C. vectig. nov. inſtit. non*

poſſ.

*poſſ.* qui titulus Codicis in tantum adhuc viget, ut nova vectigalia hodie ne Imperator quidem abſque omnium & unanimi ſtatuum conſenſu inſtituere poſſit *Vid. expreſſa verba in Capitul. Leopold. art. 21. Klock. de Vectigal. concluſ. 46. ſeqq.* Immunes autem ſunt ab hoc onere vectigalium (licet illud commodum ſit alii locatum *arg. l. 30. §. fin. ff. de locat. Klock. d. l. th. 34.*) 1. Principes & ſtatus Imperii, res ad uſum proprium advehi curantes. 2. Eorum Conſiliarii & Officiales *R. I. de anno 1521. §. Item* ſollen auch. 3. Legati Principum *l. 8. C. de Vectig. Vid. Edict. Leopoldi Imperat. ſuper Immunitate Legatorum nuper in Imperio publicatum.* 4. Profeſſores, Doctores & Studioſi *arg. Auth. Habita C. ne filius pro patre conf. Richt. ad auth. cit. p. 47. ſeqq.* 5. Clerici & perſonæ Eccleſiaſticæ, *auth. item nulla C. de Epiſc. & Cler. l. 5.* C. *de SS. Eccleſ.* 6. Fiſcus *l. 9. §. ult. ff. de publ. & vectigal. l. 5. C. Eod.* 7. Navicularii qui publicæ annonæ cauſa res invehunt, ſi ſcilicet proprias res transferant *l. 6. C. d. l. ibique Peretz in Cod. conf. Cluten. de jure vectig. & Fritſch. de regal. viar. Publ. jur. c. 8. jung.* Naurahht *de Ration. p. 364. & ſeq. noviſſ. Edit.* Qui nulla gaudet immunitate, nec merces profitetur, ſed vectigal fraudulenter & doloſe non ſolvit, arbitrarie hodie carcere vel mulcta punitur, per ea quæ habet *Excellentiſſ. Dnus Joh. Volckm. Bechmann. Prof. in Acad. Jenenſ. Publ. & Ord. in Comment. ad ff. tit. de public. Obſ. 6.* Hinc ne quis per errorem damnum incurrat, paſſim in Imperio noſtro in viis regiis erectas vel ſuſpenſas videmus tabulas, in quibus inſignia Domini territorii depicta cum hac inſcriptione: Allhier gibt man Zoll.

TH. XV. Locationem (14) recipiunt Res Eccleſiaſticæ, ſi utilitas Eccleſiæ hoc requirat *c. 2. x. de Locat. c.*

*un. Extravag. commun. de reb. Eccleſ. non alien. Nov. 120. cap. 3.* Nec à locatione (15) immune eſt jus exigendi tributa ſeu Acciſas à Gallico Aſſiſſe, quod conſeſſum ſignificat, quia teloni in ſuis teloniis plerumque ſedent, quæ in civitatibus & pagis pro certis rebus, vino, cereviſia, frumento, carne vel aliis mercibus vendibilibus ſolvuntur. Germanice Ziſe / Aſiſſe, Accis, Licenten / impoſtea, Bierſteuer / Zopffen-Geld / Conſumtions-Mittel. *vid. Beſold. de ærar. cap. 4. & Knipſchild. de Jur. Civil. Imper. l. 2. c. 19. & ſubl. territor. jur. cap. 3. num. 332. fol.* Sic Acciſa de Cereviſia in Ducatu Wolfferbyt. eſt uſitata, vid. Fürſtl. Wolffenbüttelische Hoff-Gerichts-Ordnung *p. 349. 385. 608. ſeq.* It. Land-Tages Abſchied zu Gandersheimb 1601. §. 4. & 1619. §. 23. *Tabor de Jur. Cereviſ. cap. 5. per tot.* Quod autem Acciſarum Admodiatio apud exteros Reges in uſu ſit, (ut taceam locationes in patria notiſſimas) perſpicere licet ex Novellis Francof. ad Mœn. XIII. part. 3. quæ verba, prouti th. 4. fecimus, ita ſe habent: Londen von 16. & 26. Mart. 1683. der Major Friend Monſ. Calvert und Monſ. Turnier haben mit den Lords und der Treſorie wegen Verpachtung von des Königes Acciſen tractiret / und angelobet / davon Jährlich 550000. Pf. Sterlings / und alſobald zum Vorſchuß 200000. Pf. zu geben / jedoch vor den Vorſchuß 6. vom Hundert abzurechnen / mit welchem Vergleich die Herren von der Treſorie nach Ihr. Majeſt. zu Niemarckt abgereiſet / die ſolchen beliebet haben. *Plura vid. ap. d. Naurabt Edit. noviſſ. p. 175. ſeq. Joh. Wilh.* Neumayern *Tract.* von Schatzung und Steuren / qui legi meretur. Offerunt ſe (16) Locationes cellarum ſive fornicum der Gewölbe / ut in nundinis ſolennibus,

846.

nibus, vulgò Meſſen / v. gr. Francofurti, Lipſiæ, Brunsvigæ &c. fieri conſvevit, quod non parum lucri & commodi ſecum trahit. *Vid. Dn. Fritſch. tract. de Regal. nund. jure, & Carpz. p. 1. c. 30. D. 23. ſeqq.*

Th. XVI. Hoſpitaturæ commodum (17) locari ſolet Gaſtgeberey-Recht / Herbergierungs-Recht / Hoſpitia publica, offne Gaſt- und Wirths-Häuſer / & eſt munus recipiendi hoſpitem, præbendique cibum, potum & alia neceſſaria, *vid. l. 3. §. 13. ff. de mun.* Conſtitutio horum adeo eſt neceſſaria, ut non tantum in urbibus ſingulis aut extra muros in ſuburbiis, ſed etiam in villis ac pagis ordinari & erigi debeant *Klock. de Ærar. l. 2. cap. 59. Tabor de Metat. p. 3. c. 3. art. 2. §. 13.* Diſtingvunt hic inter Hoſpitem activum & paſſivum. Activus eſt, qui recipit peregrinos, viatores &c. Ein Gaſtwirth. Paſſivus, qui in publico diverſorio recipitur, & pro cœna, pabulatione, cereviſia, vino, lecto &c. certum ſolvit pretium, ein Gaſt. Hinc nonnulli ad meliorem peregrinantium notitiam publice hederam aliudve ſignum exponunt eoque publici hoſpitii exercitium profitentur einen offenen ausgehenckten Schild & ad melioris cognitionis gratia hæc hoſpitiis imponunt nomina: v. gr. im Gaſt-Hoffe zum weiſſen Schwan / gülden Krohne / gelben Engel / wilden Mann / etc. Ab his autem differunt Caupones, qui ſolum potulentà præbent Hoſpitibus, die Bier ausſchencken / Bierſchencken / Klipkrüge. *Vid. Magir. de Advocat. armat. c. 10. num. 259.* De horum locatione omnibus conſtat, cum ſingulis fere locis hodie receptum ſit. Interim conf. *Excellentiſſ. Dn. Bœckelii Tract. de Jure Hoſpit. th. 6. ſeqq.* cui jungas annex. tract. *Magnif. Dn. Schilteri & Bleſendorff. tract. de Jure Hoſpitaturæ.*

Th.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196087-p0031-6

Th. XVII. Ultimo loco (18) veniunt Fodinæ Metalli, auri, argenti, cupri, ſtanni, plumbi aliorumque metallorum, quas tamen nemo absque ſpeciali conceſſione ſuperioris vel infeudatione in ſuo fundo vel ſibi vendicare vel in locationem concedere poteſt, niſi cum onere decimarum de omni, quod inde erutum eſt *Heig. p. 1. Quæſt. 13. n. 29. Coler. p. 1. deciſ. 98. n. 3. ibique addit. Jacobi* Schultzen *n. 16. & 17.* cum inter Regalia numerentur *Coler. d. l.* ubi contrariæ Dd. opiniones ſolide refutantur, *add. Carpz. p. 2. C. 52. D. 1.* ſunt & ſalinarum fodinæ Saltz-Gruben / quarum locationem ſæpius videmus. In Gallia ubi Rex monopolium ſalis habet, illud privatis locare ſolet & la Gabelle de France, vel le grand larty vocantur, *vid. ſupra memor. tract.* von Jährlichen Einkommen des Königes in Franckreich. *Conf. Klock de Ærario L. 2. c. 8. & 9.* ubi eleganter rationem originis & uſum nervoſe deducit. Sub his tamen fodinis non comprehenduntur ferri, calcis, & creti fodinæ, item lapidicinæ vel aluminis vel terræ ex qua lateres compinguntur, die Ziegel-Erde / ſed omnes illi reditus ex conſvetudine harum provinciarum à Nobilibus aliisque privatis in fundis propriis absque decimarum vel alterius canonis onere & ſine expreſſa horum inveſtitione percipi poſſunt. *Rauchbar. p. 1. Q. 22. n. 9. Carpz. p. 2. C. 53. D. 2. n. 10. & D. 3. n. 2.*

Th. XIIX. Non locari poſſunt & per conſequens nec admodiari (1.) Res conductoris propriæ *arg. l. 9. §. fin. ff. locat. jung. l. 45. pr. ff. de R. J. ibique Magnif. Dn. Eichel. in Egregio ad Reg. Jur. Comment. th. 46. ſeq.* (2.) Operæ ſacerdotum Eccleſiaſticæ, *c. cum in Eccleſ. 9. X. de Simon.* (3.) Servitutes reales ſine prædiis *arg. l. 44. ff. Locat.* (4.) Magiſtratus, quando nimirum Principes ſive

 947.

ve Magiſtratus ſuperiores poteſtatem Jurisdictionis exercendæ ejusdemque reditus & mulctas certa pecuniæ ſumma locant vel fiduciaria quadam mancipatione ſic concedunt præfectis, ut illis liceat citra rationum reddendarum obligationem adminiſtrare illam, & omnes proventus ad ſe trahere. **Wenn der Herr oder die Obrigkeit einem Amt-Mann das Einkommen der Brüche/Frevel- und Geld-Buſſen um eine gewiſſe** Summam **Geldes** admodi**rt und verleihet.** Cum autem hanc officiorum & mulctarum admodiationem ſupra ſæpius improbaverimus idcirco, idem repetere non lubet. Conf. interim *Knipſchild. de Contract. Ex. 9. quæſt. 4.*

TH. XIX. Prohibitum eſt locari (5.) Jus cudendi monetam **Müntz-Verpachtung.** Monetæ vocabulum (à monendo dictum, quod nos ſigni impreſſione à ſuperiore facta vel autoris vel pretii moneat) generale eſt, & denotat non tam aureos quam argenteos, cupreos, ferreos & papyraceos numos, nec majores tantum, ſed minutos & viliores numos ſub ſe comprehendit, *Schwartzkopff. in Diſſert. inaugur. de moneta ejusdemque jure & mutatione th. 20. & 27.* Jus hoc ſoli Imperatori proprium eſt *per l. 2. C. de falſ. monet. ibique Gloſſ.* & inter regalia majora refertur *2. F. 56. Vultej. de Feud. c. 5. n. 7. verſ. jus monetæ 11.* Hinc nemini competit, niſi qui vel per præſcriptionem vel ſpeciali autoritate per privilegium, non ad proprium ipſius lucrum, ſed ad reipublicæ utilitatem, acquiſiverit. Vid. *R. I.* **zu Augſpurg 1551. §. ſo haben wir uns auch** *46. ibi:* **So von uns und unſern Vorfahren im Reich mit dem Regal der Müntze gefreyet ſeyn,** ubi proviſum expreſſis verbis, nec ſcilicet quis cudendæ monetæ jus alteri vendat, locet, cedat, neve cum mo-

netariis pacta ineat illicita, ſed ut quisque ſuis ſumtibus pecuniam ſignet; ſecus qui contra fecerint, gratia Cæſarea & jure monetæ excidant, conductores quoque decem auri marcis mulctentur. De reprobata monetæ locatione tale poteſt inferri argumentum: Quodcunque requirit lucrum & commodum, illud in re monetaria eſt prohibitum, Atqui Locatio requirit lucrum & commodum, *Ziegler ad Grot. L. 2. c. 13. §. 18.* E. Locatio in re monetaria eſt prohibita. Major propoſitio licet ex ſuperiori theſi ſatis ſit probata, tamen unum atque alterum textum, cum ſuperflua non noceant, ſuperioribus addere placet. Optime huc quadrant verba *R. I. de Anno 1570. §.* Als dann 132. ubi hæc verba: Daß die Müntz-Gerechtigkeit keine Mercantz ſey / ſondern ein Käyſerliches Regal, ſo die Müntz-Stände / aus ſondern der Käyſerlichen Majeſtät Vertrauen nicht zu ihren ſelbſt geſuchten Vortheil / ſondern als der Käyſer ſelbſt / dem Reich zu Ehren und Wohlfahrt brauchen ſollen. Demnach ja billig / wer ſolches Käyſerliche Regal untreulich mißbrauchet / daß er ſich deſſen ſelbſt dadurch unwürdig machet und entſetzet. Derohalben wollen wir nochmahls allen und jeden / ſo Müntz-Gerechtigkeiten haben / hiermit ernſtlich geboten haben ihre Müntzen durch keinen andern Weg verkauffen / verleihen oder verlegen zu laſſen / vielweniger mit dem Müntz-Meiſter Wochentlich / Monatlich / oder durch einig ander Mittel den Gewiñ zu theilen / oder daher eigenen Nutz zu gewarten. Hinc concludunt Dd. *ad l. 2. C. de falſ. monet. ibique Gloſſ.* Imperatorem ipſum de jure non poſſe concedere privato jus cudendi monetam, *arg. l. 23. ff. de Legat. 3. add. Bocer de regal. c. 2. n. 227. c. 3. n. 30. ſeqq.*

Hinc

Hinc nec Turcarum Imperator jus numos cudendi ulli concedit, ut refert ex Boſin. *Lather. de cenſ. L. 3. c. 10. n. 63.*

Th. XX. De Venditione monetaria quæ in theſ. anteced. ex Receſſ. Imperii dicta fuerunt, illa majora reipublicæ afferunt incommoda, majoresque querelas, ita ut non modo qualitas monetæ adulteretur, ſed & numi optimæ notæ per miſtionem metallorum deteriorentur, *vid. Carpz. L. 6. R. 34. n. 20. & R. 55. n. 19.* Spectant huc rithmi, qui leguntur apud *Beſold. de Ærar. c. 6. p. 202.*

*Quando boni nummi vadunt, Statim eos igni tradunt.*
*Sicque manet pagamentum, Scoria & non argentum,*
*Sic confundunt mundum totum, Iſtud undique eſt notum.*

Saluberrimum alias extat Edictum Ferdinandi de anno 1559. ſancte obſervandum, in quo omnibus monetis certus pes, qui Liga dicitur, conſtitutus, de cujus tamen variis violationibus multæ & magnæ querelæ hactenus auditæ ſunt & adhuc audiuntur. Incredibile dictu eſt, inquit, *Vir Maxime Rever. Dnus D. Meyer S. S. Theol. Prof. Publ. in Acad. Julia, Præceptor olim meus devote venerandus, in Egregia Analyſ. in Polit. Ariſt.* ubi de re numaria agit. *th. 36. p. 68.* quid metallorum commiſtio Rebuspublicis dare poſſit calamitatum. Poſtquam publica autoritate licuit cuprum argento injungere, nunquam à perenni monetæ corruptela Reſpublica noſtra quievit. Miſcet, miſcet hominum improbitas & avaritia fere ſine metu & ſine, neque prius facit miſcendi finem, quam omnis fere monetæ eſſentia ad nihilum decidat, Jungetur *Jodoc. Damboud. in prax. crim. c. 65. n. ult.* acriter increpans ejusmodi monetarum adulteratores.

Th. XXI. Nec minus pœna in eos ſtatuta eſt, qui

 vel

vel (1.) falſum monetam cudunt, & doloſe aliorum ſignum monetæ imponunt, vel (2.) Viciant materiam monetæ aliud metallum auro vel argento miſcendo. (3.) radunt & diminuunt juſtum monetæ pondus, nimirum 50. libr. auri & amiſſio juris monetandi *per R. I. 1559.* §. hierauff ſetzen / *& R. I. 1551.* §. ſo haben wir. *Conſt. Crim. art. cxi. ibique Stephan. Carpz. pr. Crim. p. 1. Q. 42. n. 72. ſeqq.* Debet enim ſingulis annis quilibet circulus Imperii ſemel vel bis per ſuos Wardinos in monetæ cuſæ qualitatem in conventibus probationum denen Müntz-Probations-Tägen inquirere *d. R. I. 1559.* §. und damit. Præterea cavere, ne per ſtatus absque circulari concluſo moneta reproba in territorium vel circulum introducatur, daß keine falſche Müntze einſchleiche / quæ vero irrepſerunt, monetalibus Edictis durch öffentliche Müntz-Patenta absque mora prohibendæ & tollendæ R. I de Anno 1594. §. darneben & de Anno 1603. §. weil faſt. Quod factum videmus in ducatu Wolfferbytano per Edict Sereniſſ. p. m. Auguſti wegen etlicher devalvirter Thaler und anderer Müntz-Sorten de dato 15. Novembr. 1651. Item: wieder die Auffwechſelung der Reichs-Thaler und andern guten Müntz-Sorten d. Ann.

Th. XXII. An autem hæc Edicta & Mandata adhuc in uſu ſint, neutiquam affirmaverim, ſed potius dixerim:

*Ubi nunc Lex Julia, dormis?*

Experientia enim contrarium edocet, quod per totam fere Germaniam, paucis regionibus exceptis, adulteratio monetæ maximè floreat, earumque locatio in viridi adhuc ſit obſervantia, daß die Müntzen verpachtet werden /

849.

den/ ita ut non ſolum incolis commodum in minutis & vilioribus numis vulgo Land-Müntzen / ad alterum fere tantum concedatur, ( de quorum tamen prohibitione expreſſe loquitur *R. I. 1571.* §. Und dieweil viele Lande. ꝛc. Fürſtl. Wolffenbl. Mandat. de anno 1651. wegen der geringen und kleinen Müntz-Sorten ) ſed & judæis, generi hominum ad decipiendum nato, multis in locis per contractum locationis & pro certa penſione jure monetali uti frui liceat. Exempla ſunt odioſa. Et licet ſæpius in Comitiis Ratisbonenſibus & particularibus Circulorum conventibus de hoc ingenti malo deliberationes fuerint inſtitutæ & de monetæ adulteratæ devalvatione fuerit actum, nunquam tamen hactenus per totam Germaniam in priſtinum ſtatum deduci potuit & vix finitis belli temporibus erit reducibile. Remedia quidem nonnulla, quibus bona moneta in republ. conſervari poteſt, ſuppeditat *Dn. Meyer in alleg. diſſert. de re num. th. ult.* Plura de tota hac materia videri poſſunt in ſpeciali *diſſert. de Paracharagmo ſive adulteratione monetæ Excellentiſſ. Dn. Romani Profeſſ. Lipſienſ. celeberrimi.* Stat ergo ſententia noſtra, quod locatio & admodiatio monetæ ſit illicita, licet conſuetudo contraria maximo reipublicæ Germanicæ damno invaleat, quod defendere noſtri non eſt propoſiti. Multo magis proh dolor ! dolendum quod hac in parte vaticinium Philippi Melanchtonis ſit impletum, qui dicere ſolitus fuit : Tria aliquando mundo defutura, lignum, bonam monetam & bonos amicos, cum tamen in maxima felicitatis humanæ parte poſita ſit integritas monetæ, ſeu habet vulgare tritum :

*Una fides, pondus, menſura, moneta ſit una,*
*Et ſtatus illæſus totius orbis erit.*

Th. XXIII. Egimus hactenus de reditibus, quæ in contractum locationis & admodiationis venire & non venire ſolent, ubi tantummodo illa explicavimus, quæ ſæpius & frequenter occurrunt, licet infinita alia excogitari queant. Progrediendum nunc eſt ad ulteriorem deſcriptæ admodiationis explicationem. Meminit *th. 6. de reditibus alicujus Provinciæ.* Provinciæ nomen quot modis apud Romanos ſumi conſuevit, videri poteſt in Lex. Calvini vocab. Provincia. Addatur *Cardin. Tuſch. concl. 949. dicens: Provincia ſecundum Edictum & communem uſum loquendi eſt regio, continens plures civitates & loca, quæ dicuntur ejusdem provinciæ, prout Tuſcia, Lombardia & ſimiles*, & paulo poſt: *Provinciæ appellatio, de qua & qualiter intelligatur, ſi profertur à Jure, vel à Principe, diſtinguitur ex ſubjecta materia. Nam ſi agatur de Jurisdictione, intelligitur de civitate habente jurisdictionem & non ſubjecta alteri, ſi agatur de diſtantia, ut quis ſit intra vel extra provinciam, & tunc habetur ratio ad magnam vel modicam diſtantiam.* Conf. *Beyerlinck in Theatr. Tom. 6. p. 704.* ubi hæc verba: *Vox Provinciæ olim latius patebat quam diæceſis, cum una provincia plures haberet diæceſes, ut conſtat ex L. 13. Epiſt. Cicer. ad Serpil. & L. 3. ad Famil. Poſtmodum tamen Diæceſes dictæ adminiſtrationes plurimarum provinciarum, quæ in unum coactæ per præfectos vel eorum vicarios regebantur.*

Th. XXIV. In noſtro ſignificatu Provincia denotat adminiſtrationem certæ partis territorii, quod ad ſuſtinenda Imperii ſive Principatus onera Princeps uſibus ſuis ſolis vindicavit & quaſi in privatum patrimonium redegit, Eine Provintz oder Amt/ *Fritſch. tract. de Tranſit. Militar. c. XII. th. 4.* Eine Vogtey/ *Autor. actor. Lindav. p. 577.* Non autem hic negamus Provinciæ nomen quoad opinio-

850

opinionem *Card. Tuſch. d. l.* adhuc in uſu eſſe & illius admodiationem procedere poſſe, cum ſatis conſtet, totas provincias & comitatus hodie locari. Præfecturæ autem vocabulum German. **Ein Amt** / nonnulli derivant à veterum Celtarum & Germanorum vocabulo Ambactia **Ambecht** / **Ambacht** / non per **p** / uti nonnulli imperiti originis ejus vocis ſcribunt, vid. *Voſſ. de vit. ſermon. L. 1. c. 2. p. 9. Conf. Jul. Cæſar. de Bell. Gall. L. 6. c. 15.* Præfectorum & Præfecturarum ſignificationes apud Romanos uſitatas late perſequitur *Calvin. in Lex.* ad quem B. L. remittimus. Origo Præfectorum debetur Sapientiſſimo omnium Regum Salomoni qui ejusmodi Præfectos in Provinciis ſingularum tribuum ſibi conſtituit, ut inde miniſtrarentur omnia ea, quæ ad alendam aulam regiam & dignitatem ampliſſimam videbantur neceſſaria. *Vid. L. 3. Reg. c. 4. v. 7.* Unde hodie nullum fere regnum, nec ullus Principatus datur, in quo non ſunt certa prædia, agrique ad ſuſtentationem ejus, qui jura ſuperioritatis territorialis poſſidet, certique officiales conſtituti, qui cum minore ſubditorum incommodo fructus inde percipere, onera principatus ſuſtinere, & Jurisdictionalia adminiſtrare poſſunt. Bona illa quæ Principis dominio vulgari ſubjecta ſunt à nonnullis vocantur Bona Coronæ, Regalia, publicum patrimonium, dotalis Imperii fundus, Bona ſceptrorum ac menſæ principalis, item jura Regni, communiter Domania quaſi prædia Dominica ſive domino, i. e. Principi addicta **Cammer-Güther** / **Cammer-Intraden** / **Taffel-Güter** / Vid. Jacob. Guther. de Offic. Dom. Auguſt. *L. 3. c. 9. p. 580. ſeqq.* Hic obiter movenda quæſtio quam refert Illuſtr. & Generoſ. *Dn.* **Seckendorff im T. F. St.** *addit. p. m. 176.* An melius ſit Prædi-

orum

orum & agrorum Principalium curam in ſe ſuſcipere & per Præfectos adminiſtrare, an aliis locare? Quod poſterius cum diſtinctione affirmat, ſi multitudo conducentium & reditus ementium in diſtrictu Principis adfuerit: Wo die Menge der Leute/ welche pachten und beſtehen wollen/ und welche/ die Feld-Früchte kauffen und verzehren.

Th. XXV. Sequitur verbum *æſtimantur* explicandum. Æſtimare hîc idem eſt ac taxare aliquid, quod ad communem hominum proborum talium rerum notitiam habentium exiſtimationem referri debet, Nach ehrlicher und des Wercks verſtändiger Leute Erkändniß/ *arg. l. 33. ff. ad L. Aquil.* In hac æſtimatione munus Juſtitiæ commutativæ eſt veluti rectrix contractuum, ut æqualitas ſervetur inter nimium & parum & merces ita æqualis reddatur uſui rei, ut neque conductor in lucro, neque locator in damno ſit. Quanquam non raro, prout in emtione & venditione fieri ſolet, in locatione conductione accidat circumventio *per l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 22. §. 3. locat.* modo non ſit ultra dimidium *l. 2. C. de reſcind. vendit. ibique Pinell.* quam corrigendam eſſe communiter ſtatuunt *Dd. arg. pr. I. Locat. Carpz. p. 2. C. 34. D. 10. Caroc. de Locat. p. 1. Q. 70. n. 2.* Hinc non attendi debet unius aut alterius, ſi res mobilis ſit, in foro publico pretium, ſed quanti communiter vendatur *Afflict. Deciſ. 316. n. 5.* Quod ſi tamen rei immobilis pretium, neque lege, neque ſtatuto aut conſvetudine loci definitum, neque inter partes conventum ſit, tunc eligi debent cujusque rei homines periti, probi, artifices in vicinia, ſi fieri poterit, habitantes, Schätzer/ Zimmerleute/ Bau-Verſtändige/ Steinmetzen/ Bauers- und Acker-Leute/ Vieh-Hirten

 851.

ten &c. *Coler. proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 126. Joh. Kopper. deciſ. 44. n. 25.* quibus æſtimatio pro rei qualitate injungi ſolet.

Th. XXVI. Debent autem æſtimatores tales varias conſiderare circumſtantias, conditiones & æqualitates bonorum in prædii æſtimatione: puta (1.) ſitum loci, quia unus locus ferendis frugibus magis eſt idoneus, quam alius, & pretia prædiorum variare ſolent ſecundum diverſitatem & varietatem regionum. *Köppen d. deciſ. 44. n. 27. verſ. ſic & bonus ſitus Coler. d. l. n. 119.* (2.) Vicinitatem *Köppen d. l. verſ. bona & mala vicinitas.* (3.) Qualitatem & conditionem prædiorum, quæ conſiſtit in diligenti cura agrorum *Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1404. n. 13. ſqq. n. 42. ſeqq.* (4.) Melioramenta & pejorationes *Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 3. c. 4. n. 23.* Commune fructuum pretium non ex venundatione unius aut alterius hominis, ſed ex viginti annis colligi poſſe, communis eſt Dd. ſchola *Maſcard. de probat. vol. 2. Concl. 652. n. 3. ſeq. Pantſchm. quæſt. 23. de Locat. n. 8. Coler. d. l. n. 130. ſeq.* ubi Molinæi opinio de quinque triginta annis ſolide refutatur. (5.) Frumenti caritatem, an exigui ſit valoris ac maximi. (6.) Pecudum ut & gallinarum, anſerum, ovorum &c. æſtimatio in conſiderationem venire debet, an carius, an vilius illa vendi poſſint, ubi in pago vicinitas civitatis, Aulæ Principis, Academiæ, probe attendenda, cum maximam urbes vicinæ ruſticis aliisque prædia poſſidentibus aut locantibus & toti regioni afferant utilitatem. Labores & impenſæ (7.) attendi debent quotannis in bona impendi ſolitæ ut prius deducantur, *Köppen. d. l. n. 28. & 33. & deciſ. 32. num. 5.* imprimis ſi impenſæ fuerint publicæ & neceſſariæ, vulgo collectæ, Germ. Steur / Schatzung /

 Con-

Contribution &c. quæ innumerabiles hodie ſunt & à locatore conductori reſtitui debent, *Mev.* in ſeinen Bedencken *c. 4. n. 390. &* Rövenſtrunck von Anlagen *n. 31. jung. Johann Wilh.* Neumeyers *Tract.* von Schatzung und Steuren. Ergo (8.) non attendendus valor rei ſive quantitas ab initio nec magnitudo prædii, ſed reditus & bonitas communium annorum non ad abundantiam fœcundorum aut ad ſterilitatem infelicium. *Pantſchm. de locat. quæſt. 23. n. 15. Coler. d. l. n. 125.*

Th. XXIIX. Æſtimatio artificum eorumque elogium firmum manet & pro veritate habetur *arg. Nov. 7. c. 3. §. 2.* cuilibet enim in ſua arte credendum *Gail. L. 2. obſ. 111. n. 8.* modo hi in præſentia partium de veritate juraverint *per l. 20. §. omnes C. de fide inſtrum. l. 6. §. 1. verſ. mobilium C. de ſecund. nupt. Ruland. de Commiſſ. & Commiſſ. p. 1. l. 4. c. 3. 4. 7. n. 7.* Quod ſi tamen taxatores præter omnem ſpem ac opinionem inter ſe varient, medium attendi debet & eligendum eſt ſecundum ea quæ refert *Gail. de Pign. Obſ. 18. n. 10 Berlich. p. 1. concl. 53. n. 79. ſeq.* ubi pleniſſime tractat, quomodo bonorum æſtimatio & taxatio facienda, jungatur *Coler. Proceſſ. execut. p. 3. c. 9. Carpz. p. 1. C. 32. D. 63.* Comprehendit autem hæc vocula non ſolum commoda ſed & damna; Commodorum æſtimatio initio contractus ſpectari ſolet, cum quis prædium eſt conducturus. Nemo enim in horum conductione adeo erit negligens ſuæ conditionis, quin non prius omnia commoda penſitet & incommoda, accurateque per peritos taxari jubeat omnia, antequam cum proprietatis domino de re conducenda plene paciſcatur. De reditibus qui taxationem merentur, ſupra ex parte egimus: Hic de damnorum æſtimatione, ſub qua caſus fortuitos comprehendere

85-2

hendere volumus, nonnulla erunt indicanda, cum in locatione prædiorum haud raro occurrant.

Th. XXIX. Damnum aut oritur ex ipſa natura & re, aut ex facto alterius hominis. Ex ipſa natura & iterum *ex rebus ſuperioribus*, uti eſt tempeſtas calamitoſa, ſolis fervor non adſvetus, pluvia inſolita, nix immoderata, violentia ventorum & inde ortæ ruinæ, turbines, grandines, incendium ortum ex fulmine, frigus, raucæ, ſive vermiculi ex imbribus nati, & cæteræ calamitates, quæ à cœlo ingruunt. *Dn. Struv. Ex. 19. th. 32.* Vel *fiunt à rebus inferioribus*, ut incendium ortum ex vicinis ædibus, aquarum inundatio, impetus fluminis, ſturni, graculi, locuſtæ, murium & cricetorum damna. Vel *facta hominis damnum contingit*, v. gr. inſidiis, vi latronum, hoſtium incurſu, hoſtium tranſitu, bello, fuga ſervorum, tumultu, rapina & ſimil. Vel denique *ex ipſa re*, ut ſunt morbi, mortes animalium, labes, ruina, vermiculi ex ipſis fructibus eorumque præſertim radicibus nati. Videantur plura apud *Althuſ. Dicæol. L. 1. c. 11. n. 29. Carpz. vol. diſp. de Aſyl. debit. c. 2. poſ. 40. n. 109. ſeqq.* cum horum omnium enumeratio quodammodo videatur difficilis ac impoſſibilis per ea quæ habet *Pantſchm. de Locat. Q. 6. n. 57.*

Th. XXX. Damna & caſus fortuiti in theſ. præc. enumerati qui in prædiorum locatione occurrere poſſunt & remiſſionem penſionis promiſſæ habent, dividuntur alias communiter in majores & minores. Majores vulgo recenſentur hi: Krieg und groſſer Heerzug / Univerſal Mißwachs-Hagel-Schaden / durchgehende Mäuſe-Verheerung / groſſe Waſſerfluthen / allgemeines Viehſterben / Feuersbrunſt & ſimil. Quæ omnia non raro videmus in locationibus prædiorum per hanc clauſulam

in Lege Conductionis vulg. Mieth-Contract adjici: Ausgenommen Hagel/ Feuer und Wetterſchad/ Mißwachs/ Krieg &c. welches GOtt gnädiglich verhüten wolle. Novem caſus alias recenſet *Richter. p. 2. deciſ. 87. n. 16. Speckhan. cent. 3. q. 22. claſſ. 1.* Minores & qui modicum inferunt damnum facile ex majoribus dijudicari poſſunt, & ſæpius conductores periculum illorum in ſe recipere ſolent, id quod de majoribus rariſſime conſtat per ea quæ habet *Carpz. p. 2. C. 37. D. 11. jung. Struv. Ex. 24. th. 17. med.* Alias de caſuum fortuitorum præſtatione hæc in genere regula habetur, deſumta ex *l. 15. §. 2. ff. & l. 28. C. Locat. Omnis cauſa, quæ ſine culpa ſua conductori uſum rei conductæ auffert, locum facit remiſſioni mercedis, cum dolus & cuſtodia, non etiam caſus, cui reſiſti non poteſt, in judicio locati venire conſtet.* Vid. *Menoch. Conſ. 27. n. 16. & Covarr. pract. Quæſt. T. 2. c. 30. n. 1.* Spectat huc quoque elegans ille textus *l. 23. ff. de R. I.* non ſine fructu hic ponendus: *Animalium caſus, mortes, quæque ſine culpa accidunt, fugæ ſervorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur.* Conf. *ad h. l. Magn. Dn. Eichel. Comment. ad R. I. c. 10. th. 33. ſeq.* Niſi (1.) Conductor in ſe expreſſe receperit caſus majores vel minores, vel omnes, etiam inſolitos, de quo in theſ. ſeq. German. Es wolle der Conductor alle caſus fortuitos ohne Unterſcheid/ cogitatos & non cogitatos über ſich nehmen, tunc merito omne periculum contingens ad ipſum ſpectat, *ſecund. l. 23. & l. 203. ff. d. R. J. add. Gail. L. 2. obſ. 23. n. 17. ſeq.* aut (2.) Conductoris culpa evenerit damnum *per l. 9. §. 3. ff. Locat. Schrad. de Contract. T. Locat. n. 65.*

TH. XXXI. Quæſtio hic venit notanda inter Dd. ſæpis-

853

ſæpiſſime agitata: An ſub caſu fortuito comprehendatur inſolitus? *Dn. Struv. Ex. 24. th. 17.* cum *Carpzov. p. 2. C. 26. D. 8.* affirmat, ubi tamen n. 7. admittit limitationem in caſu plane inuſitato vel inſolitiſſimo, qui forte mille annis ſemel contingat, de quo non cogitarunt contrahentes, idem *Carpz. p. 2. C. 37. D. 17. & vol. diſpp. de Aſyl. debitor. c. 2. poſ. 40. num. 133.* Negat cum aliis quam plurimis diſtinctionem inter caſum fortuitum & inſolitum *Pantſchmann. quæſt. 7. de Locat. per tot. jung. Klock. vol. 2. Conſ. 72. n. 77. Brunnem. ad l. 1. C. Commod.* Quorum tamen opinio cum affirmantium ſententia facile poteſt conciliari, ſi de eo caſu intelligatur, qui adeo inſolitus eſt, ut nec hominum memoria de tali caſu extet. *Vid. Ægid. Boſſ. tract. de remiſſ. merc. publ. n. 38.* Hic enim caſus maxime eſt inſolitus, qui centum annis non evenit, *Cravett. Conſil. 92. n. 2. jung. Mev. de penſion. qu. 1. n. 105.* ubi hæc verba: **Dann begeben ſich dergleichen ohnvermuthliche Fälle/ ſo bey Menſchen Dencken nie fürgefallen/ und alſo über die Maſſe ungewöhnlich wären/ daß dero Beſorge man nicht hätte tragen/ weniger darauf Gedancken richten können/ verbleibet es der** ſuſception **und** renunciation **unangeſehen bey den gemeinen Rechten/ und betreffe der Schade den** Colonum **nicht.** Neceſſarium tamen hic eſt & utile, ut res committatur arbitrio judicis, qui ponderare debet, quid actum ſit, quæ fuerit cauſa ſuſcipiendi caſus, qualis ſit caſus, an conductor de illo cogitare potuerit, nec ne? *Menoch. A. J. Q. caſ. 80. n. 8. 9. Dec. conſ. 103. n. 4.* Eſt autem caſus inſolitus ſine dubio is, qui præter omnem cogitationem & veriſimilitudinem evenit, licet à prudentiſſimo viro cogitare potuerit, v. gr. Immenſa locaſtarum quantitas, de qua meminit *Sigiſm.*

von Bircken im Spiegel der Ehren des Ertz-Haußes Oeſterreich *L. 3. c. 5. p. m. 315.* quæ verba non ſine admiratione legi poſſunt. Add. *Maul. tract. de Locat. T. 7. n. 7.* Huc quoque ſpectat lues illa animalium peſtilens, Vieh-Sterben / graßirende Vieh-Seuche / ſuperiori anno per totam fere Germaniam graſſata, & intra breve tempus ab uno in alium locum translata, quam in recentiomnium adhuc eſſe memoria, dubium mihi eſt nullum.

Th. XXXII. Inter majores caſus, ex quibus remiſſio mercedis fieri ſolet, primo loco in theſ. 30. retulimus bellum & tranſitum militum majorem, Krieg und groſſer Heer-Zug / General-Durchzug / wann eine Armee durchgeführet wird / ſi poſt conductionem ille eveniat ſterilitati comparatur. *Vid. Gail. L. 2. obſ. 23. n. 2. add. l. 18. ff. Commod.* ubi bellum non tantum caſus fortuitus, ſed & incogitatus vocatur. Hinc jure merito locator damnum à militibus datum, ut & ſumtus metatorum nomine factos, Einquartirungs-Koſten in ſe ſuſcipere debet *per l. 15. §. 2. ff. locat. Carpz. p. 2. C. 37. D. 14. ſeq. jung. Mev.* in Rechtl. Bedencken von *Penſiona*rien *p. m. 32. n. 98. vid. alleg. præjud. Jenenſ. in th. 37. verb.:* Endlich ſeyd ihr die Schäden / ſo euch wegen der Soldaten aufgegangen / wann ihr ſolche ordentlich ſpecificiret / und darüber Richterliche Moderation ergangen / an der Penſion zu kürtzen wohlbefugt / V. R. W. modo conductor, ſi tempus & ſpacium denunciandi habeat, locatori imminentis hoſtis aut ingreſſus militaris faciat copiam, niſi certo ſciat, locatori non fuiſſe integrum, etſi denunciatio ipſi facta fuiſſet, res ablatas amovere, periculum & damnum inſtans avertere, quæ omnia conductor

pro-

854.

probare debet per ea quæ habet *Pantſchm. quæſt. 4. fin. Maul. de Locat. T. 6. n. 73.*

TH. XXXIII. Damnum quod ex tranſitu particulari oritur, quando nimirum aliquot legiones vel manipuli militum etzliche Regimenter/ Compagnien oder Schwadronen tranſeunt per præfecturam quandam, quod tunc damnum illatum interdum à Præfecturæ domino ſuperiori, interdum ab omnibus ejus ditionis incolis pro rata & quota reſarciri debeat, per ea, quæ late affirmat *Caſp. Klock. de Contrib. c. 17. n. 273. ſeqq.* quem laudat & ſequitur *Perez in Cod. tit. de ſalgam. Hoſpit. non præſt. lib. XII.* Modicum vero quod attinet detrimentum per tranſitum militarem uno vel altero die illatum durch das Still-Lager/ wenn es nur ein Nacht-Quartier/ conductor ſufferre debet, nec recuſare poteſt *l. 25. §. 6. ff. Locat. Bocer. de Collect. c. 10. n. 25.* Confirmatur hæc ſententia præjudicio quodam Scabin. Lipſ. quod annexum eſt *Tract. Dn. Fritſch. de Tranſit. milit. in fin.* ubi hæc verba: So iſt auch Sempronius der auf den verpachteten Güthern drey Tage über erlittenen Einquartirung/ und dero daher aufgewandten Unkoſten halber/ von dem verſprochenen Pacht-Gelde Mevio etwas abzukürtzen nicht befugt. V. R. W. add. *Mev. de penſion. pag. 182. n. 93. pag. 184. & paſſim.* Non incommode quoque huc poteſt referri quod Facultas Jurid. Jenenſ. M. Mart. 1624. reſpondit An das Capitel der Stiffts-Kirchen unſer lieben Frauen zu Erffurth: Als ihr uns Abſchrifft des Pacht-Brieffes de Dato d. 3. Febr. anno 1622. und Verzeichnüß der Zehrungen/ welche euer Pachtmann Andreas N. wegen einquartirter Soldaten aufgewendet haben ſolte/ zg. und d. u. R. h. g. d. ſ. W. V. R.

Wofern

Wofern allbereit vor ſolchen Contract dergleichen Einquartirungen und Beſchwerdungen / die auch im Lande gantz gemein und durchgehend geweſen / und von den Conductorn / beſage der gedachten und uf 6. Jahr gemachten Verſchreibung des Pacht-Briefes kein Reſervat dieſer Bedingung geſchehen / ihr auch allein auf ſolchen Fall / da innerhalb ſolchen 6. Jahren Mißwachs oder Verderbung des gantzen Landes und Feld-Frucht ſich begeben mögen / euch unverweißlichen zu erzeigen zugeſaget: So ſeyd ihr geſtalten Sachen nach / und in Erwegung der von euch angezogenen Motiven und Rechts-Gründe / erwehntem Conductori einige Remiſſion oder Erſtattung zu thun unverbunden / V. R. W. *Vid. de remiſſione in loc. conductione tempore belli inita Alex. conſil. 112. Caroc. tract. de loc. conduct. part. 3. tit. de remiſſ.*

Th. XXXIV. Idem obtinet, ſi (1.) Exercitus præteriens per laſciviam aliquid abſtulerit, vel (2.) damnum in rebus conductoris propriis dederit, illud omne ſecundum *l. 15. ff. Locat.* in Conductorem tranſit. Vel ſi (3.) detrimento affectus in ſuppellectile, commeſtibilibus, pecoribus & impenſis ſola fructuum cauſa factis *arg. l. 3. ff. de impenſ. in reb. dot. Carpz. p. 2. C. 37. D. 10. & 16.* Vel (4.) ſeminis factum ſit diſpendium *d. l. 15. §. 2. ff. Locat. & Mev. d. tr. p. m. 105. n. 16. & Habn. ad Weſenb. T. de Locat. n. 16. verb.* Daß der angeneutete Penſionarius &c. Conſ. Præjud. Facult. Jenenſ. Menſ. Auguſt. anno 1623. an Herbrand N. Amtm. zu Schloß-Vippach: Als ihr uns berichtet / welcher Geſtalt wegen jüngſtbeſchehener Einquartirung auf dem Hauße Schloß-Vippach / ſo dem Rath zu Erfurdt euren Herren zuſtändig / und ihr Pacht-

8 55

Pachtweiße innen habt/ wöchentlich viel aufgegangen/ alſo daß über das Geträncke/ ſo gedachter Rath aus der Stadt und das Vieh und Fütterung/ ſo die Amts-Unterthanen zugeführet/ auch euerer Herren aufm Boden gelegenes Zinß-Getreide verbacken und verfüttert/ und euch von dem Eurigen an Wein, Bier/ Vieh und dergleichen Vorrath noch über 15000. rthl. werth auffgangen und mit genommen worden/ alles euren Bericht nach mit mehren. Wann ihr denn/ weme ſolcher entſtandener Schade zugewachſen/ unſern R. B. gebethen/ demn. ſp. w. v r. Weil ihr über gedachtes Hauß und Gut nur ein Pachtmann/ ſo iſt der Rath zu Erfurdt/ als Verpachter und Eigenthums Herr/ auff welche mit der Einquartirung geſehen geweſen/ nicht alleine den Schaden/ wegen des verbackenen und verfütterten Getreydigs/ über das zugeſchickte Getrăncke/ allein zu tragen/ ſondern auch noch/ wegen des durch dieſe Gottes Gewalt/ welcher ihr zuwiederſtehen nicht vermochtet/ erlittenen Verluſt/ an denjenigen Sachen/ Früchten und Einkommen/ davon ihr euer Pacht-Geld ſonſten gewöhnlich zuheben/ zunehmen und abzuſtatten pfleget/ ſo ferne ſolcher Verluſt groß und übermäßig/ etwas am Pacht und Mieth-Gelde nach und ſchwinden zulaſſen ſchuldig. Was euch aber an euren proper Guth und nicht an Früchten/ ohne einige des Raths Schuld/ auffgegangen/ und mit genommen worden/ ſeyd ihr als deſſen Eigenthums-Herr/ welchen der Nutz und Schade denen Rechten nach allein zuwächſt/ von dem Rathe zufordern keines Weges berechtiget/ von Rechts wegen. (5.) Si raucis, i. e. vermiculis ſegetes

ſint corruptæ *l. 15. §. 2. verſ. ſi qua locat.* (6.) Si culpa aut negligentia conductoris damnum datum *l. 25. §. 3. ff. Eod.* (7.) Si fertilitas ſolito major præcedens ſequentis, vel ſubſequens præcedentis anni ſterilitatem ſuppleat: tunc enim pro anno, qui ſterilis fuit, integram penſionem locatori exigere licet *l. 15. §. 4. locat. Carpz. p. 2. cap. 37. D. 13. & 22. jung. vol. Diſpp. in Aſyl. Debit. c. 2. poſ. 40. n. 121.*

TH. XXXV. De læſione ultra dimidium hîc oritur quæſtio, quæ ita ſe habet: ſi damnum in re locata ultra dimidium ſit cauſa remiſſionis *ex l. 2. C. de reſcind. vendit.* An non lucrum ultra dimidium perceptum ex re locata cauſa exiſtat prægnans, ut vel contractus locationis reſcindatur, vel major penſio ſolvatur? Et hoc communiter negatur *per l. 25. §. 6. ff. locat. verb. cui immodicum lucrum non auffertur.* At tamen ex æquo & bono remiſſio contractus locum habet, per ea quæ refert *Carpzov. p. 2. conſt. 34. D. 10.* verb. Da ihr nun wie recht erweiſen und darthun würdet/ daß berührtes Guth zur Zeit des geſchloßenen Pachts mehr denn noch eins ſo hoch genützet werden können/ und ihr als in ſolchen Pacht über die Helffte eures Gebührnis verkürtzet worden/ ꝛc. ſo wäret ihr/ daß ſolcher Pacht auffgehoben/ oder aber der Mangel des rechten Pacht-Geldes nochmahls erſetzet würde/ zu ſuchen wohl befugt/ V. R. W. Idem colligere licet ex Præjud. Colleg. Jurid. Jenenſ. Menſ. Jul. 1622. An Rudolff von B. verb. Habt ihr in Vormundſchafft derer von Harras das Guth Wallichem vorm Jahre etlichen Pacht-Leuten umb und vor 600. Gülden Jährliches Pacht-Geld verpacht und zugeſchlagen/ da nun euren Bericht nach wegen Steigerung der Müntz und Getreidts es nicht allein auff die

Helffte/

Helffte / ſondern wohl auff den 5ten ja 6ten Theil höher / als es in der Verpachtung angeſchlagen oder verpacht worden / genutzet werden kan / ſo ſeynd die Pacht-Leute ſo viel Gülden an itziger Müntz / als der Halt und inwendige Güte eines Güldens tempore contractus locationis geweſen / zu entrichten ſchuldig / V. R. W.

Th. XXXVI. Duo adhuc de remiſſione penſionis veniunt notandi caſus: 1. An juſtus timor v. gr. peſtis, contagioſus morbus ſimilisque, quo conductor, coactus ſit prædium deſerere eoque uti non poſſit, ſatis prægnans cauſa ſit, cur remiſſionem petere queat? Quod affirmatur per expreſſam legem 27. §. 1. *ff. locat. add. Gvid. Papæ, Deciſ. 630. Covarr. c. 30. pr. quæſt. num. 3.* 2. An nocturni ſpectrorum tumultus & terrificationes domui conductæ infeſtæ, ut re conducta, uti non liceat, pro juſta remiſſionis cauſa haberi poſſint? Quod nonnulli negant, inter quos *Grönweg. de leg. abrog. ad l. 27. §. 1. ff. locat.* Attamen pro remittenda penſione judicatum refert *Gothofred. in not. ad h. l.* ubi tradit Ludovicum Sanctonium diſſertiſſimum in foro Pariſienſi Advocatum Clienti cuidam ſuo remiſſionem penſionis impetraſſe, conquerenti ſe propter ſpectra ſeu φαντάσματα domui infeſta eadem frui non poſſe. *Add. Knipſchild de contract. Ex. 9. th. 22. & Excellent. Dn. D. Roth. Profeſſ. Acad. hujus Publ. & Ord. in Diſſert. Academ. de eo quod juſtum eſt circa domum &c. c. XI. n. 24. ſeqq. ubi plura.*

Th. XXXVII. Cum ſterilitas inter caſus majores fortuitos numeretur, opus eſt, ut quantitatem ſterilitatis, ob quam remiſſio fieri poſſit, explicemus. Variant de hoc inter ſe Dd. quando videlicet eveniſſe dicatur ſterili-

 tas,

tas, & tam acriter pugnant, ut in octo diverſas partes diſceſſerint, ut conſtat ex *Hieronym. Pantſchm. l. 1. Q. 1. per tot. jung. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1333.* Qui prior tamen eo inclinare tandem videtur, relinquendum eſſe judicis arbitrio, an immodica ſit ſterilitas, qui proin ex circumſtantiarum varietate determinet, an ob talem vel talem ſterilitatem concedenda ſit remiſſio, an ex bono & æquo, juxta viri boni, qui talium rerum habet notitiam, v. gr. agricolarum, arbitrium merces ſit remittenda, **auff guter Leute/ ſo der Haußhaltung kundig/ Erkändtnüß.** Hanc ſententiam tanquam veriorem ſequuntur *arg. l. 15. §. 2. l. 25. §. 6. ff. locat. Carpzov. p. 2. cap. 37. d. 14. Dn. Struv. Ex. 24. th. 16.* Et non ſolum in prædiis, ſed etiam in vineis, pratis & paſcuis conductis obtinere tradit *Gail. l. 2. obſ. 23. num. 1.* Cum opinio iſta vel ex lege ſcripta, vel conſvetudine generali, vel arbitrio judicis ſit determinanda. Jam vero neque lex de quantitate ſterilitatis in jure noſtro extat, ſed omnes Textus de tali loquuntur ſterilitate, ex qua intolerabile & immodicum damnum in Conductorem redundat, neque conſvetudo generalis. Sequitur hinc, quod paulo ante diximus, judicis arbitrio eſſe relinquendum, ex qualitate & circumſtantiis totius negotii & perſonarum æſtimare, an conductor damno ſit affectus intolerabili. *Vid. Carpz. l. c.* qui præjudicio hanc noſtram opinionem confirmat, cujus tenor hic eſt: **So würde euch alsdenn auff ehrlicher Leute Ermeßigung am Pacht-Gelde ein Nachlaß billig gethan/ V. R. W.** Conferatur huc Sententia Informatoria Scabinatus Magdeburgenſis d. Sept. 1624. in qua non ſolum de remiſſione ob ſterilitatem fructuum, ſed & de damno à militibus agitur: verba hæc ſunt: **Daß es**

957

